Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

PRÆCEPTUM 67.

Per Tab. Ægypt. & Phyſicorum f. 39.

ſesque completos, cum diebus de currente menſe completis, in ſummam redige dierum (excerpens primò per annorum Millenarios ſi tot ſunt, deinde per centenarios, tertiò per denarios, quartò per ſingulos, quintò per menſes) de qua ſummâ ſemper detrahe 199. ſummam ſic multatam viciſſim redige in annos & menſes Iulianos, attento biſſextili; annis Iulianis factis adde ſemper 632 ſolidos annos: conficietur ſumma elapſorum annorum & Menſium æræ Incarnationis, cum diebus reſiduis menſis currentis.

Per Tab. C. Annorũ & Menſ. Iulianorum.

Viciſſim annis Iulianis ab Inc. oblatis demantur 632; reſidui completi, diſſolvantur in dies, excerptione facta, primò per centurias quaternariorum, quæ continentur in numero Iulianorum propoſito, ſecundò per eorundem denarios, tertiò per quaternarios ipſos, denique per ſingulos infra quatuor, completos; dierum excerptos numeros, cum numero dierum menſis completi, & cum numero dierũ menſis currentis in unam redige ſummam: & adde ſummæ dies 199. Ea ſic aucta, redigatur in Tempora Perſica, excerptione annorum in margine facta, per ſummas dierum proximè minores collectâ, vel ejus reſiduis, excerpto etiam menſe completo, ut appareant dies de currente ſequenti menſe reſidui.

Per Tab. Iulianorum.

Per Tab. Ægyptiorum & Perſicorum.

EXEMPLA.

Anno Iſdagerdis 814, dies 17 menſis Termà, quis cujus menſis Iuliani & anni Incarn. dies eſt? Completus menſis Chartad colligit dies 90, adde dies 17 currentes, menſis currentis, fiunt 107. Iam anni 800 Ægyptiaci vel Perſici dant dies 292000, Anni 10 dant 3650, anni 3 reſidui completi dant dies 1095. Omnibus diebus in unam ſummam conjectis, & ab ea dempto modulo 199 perpetuo, fit ſumma dierum caſtigata 296653. Hac verò proximè minor 292200, efficit Iulianos 800; reſidui ſunt dies 4453: ſumma hac proximè minor dier. 4383, efficit 12 Iulianos, reſtant dies 70, qui cum pertineant ad ſequentem 13 Iulianum ſimplicem, demptis ergo 59 inventis cum Februario ſimplici, reſtat 11 currens, menſis Martij currentis. Ad collectos verò annos 8125 ultimo currente, adde perpetuum numerum 632, conſurgit Incarn. 1445 currens.

In Tab. Iulianorum Annor.

Viciſſim Anno Incarn. 1079, dies 23 Februarij, quis dies cujus anni menſiſque Iſdagerdis? Demptis 632 de Iulianis 1079 reſtant 447, currente ultimo. Sed 400 Iuliani dant dies 146100, & 40 dant 14610 & 4 completi dant 1461, & duo inſuper completi dant 730. Ianuarius verò completus dat 31, & de Februario currunt 23. Adde & 199, modulum perpetuum. Summa ex omnibus diebus conflata, fit 163144: de qua 146000 faciunt Perſicos annnos 400, reſidui ſunt dies 17144. Rurſum de his 14600 faciunt Perſicos annos 40, reſidui ſunt dies 2544. Sed & de his 2190 faciunt Perſicos annos 6, reſtant dies 364, Deniq; ſumma proxime minor iſtâ, 335 adſcripta eſt ad Pechman ſeu Behemen menſem, reſtat 29 menſis ſequentis Aſphandar currens, ultimus ſc. dies anni 447.

Per Tab. Iulianorum.

Per Tab. Ægypt.

Notabis, menſium Perſicorum nomina valdè variis reddi literis, ex alia & alia lingua tranſcriptis. Nam primùm de linguâ Perſica in Arabicam, poſtea de Arabica in Latinam tranſcripta, ſic ſonant apud Alphonſinos in editione Santritterianâ, *Fordimech, Ardaimech, Cardimech, Zirmech, Mardary, Sarembemech, Mabramech, Ebenmech, Ydramech, Dimech, Behmemech, Azfirdamic.* Ut omittam manuſcriptos meos. Ego verò propius me manſurum ſperavi apud idioma Perſicum, ſi ex Græcis authoribus, Chryſococce & Iſacio Monacho ea in Latinam linguam tranſcriberem.

DE CONVERSIONE TEMPORUM ARABICORUM ET TURCICORUM *Hegiræ in Juliana, & viciſſim.*

PRÆCEPTUM 68

Ex Tabella Arabica par te ſecunda quæ per 30 incedit.

Ex parte prima eius quæ duabus columellis continetur.

MODUS non abſimilis priori. Annos Arabicos Hegiræ converte in dies, excerpens primò per decuplum annorum collectorum, ſi tanta fuerit oblata annorum ſumma, deinde per reſiduos Triaconte teridum integrarum, tertiò per annos completos infra 30, quartò per menſes Arabicos completos. Omnes quatuor excerptos dierum Numeros, unà cum numero diei currentis in menſe currente, collige in unam ſummam, quam auge denique perpetuo numero dierum 561. Sic auctam converte in annos & menſes Iulianos Incarnat. Ita remanebit in fine Numerus dierum menſis Iuliani currentis, quorum ultimus cum die Arabico propoſito congruit. Annis verò Iulianis cum ſummis dierum excerptis, adde completos 620 annos perpetuò: prodibit annus Incarnationis.

Per Tab. Conv. T. Iulianorum.

Viciſſim diem menſis Iuliani in certo Inc. anno (qui Epocham Arabicam ſequatur) in Calendario Arabico ſic aſſignabis. Ab annis Chriſti propoſitis aufer annos 620 perpetuò, reſiduos in dies converte; ſic etiam menſes Iulianos completos, anni vel ſimplicis vel biſſextilis. Omnibus diebus excerptis ſubjunge & numerum diei menſis decurrentis; & fac omnium ſummam, de qua viciſſim aufer ſemper dies 561: ſummam ſic multatam converte in tempora Arabica, excerpens per dierum numeros proximè minores vel ſummâ confectâ vel ejus reſiduis, uſque dum reſtiterit numerus minor quantitate menſis Arabici, qui erit numerus diei de currente menſe Arabico, reſpondens diei menſis Iuliani propoſito.

Per Tab. Temp. Iulianorum.

Per Tab. conv Arabicorum Hegiræ.

Ut, reliquit Leunclauius in Pandecte ſuo hiſtoriæ Turcicæ, notatum in fine diplomatis Sultani Amurathæ, Annum Tranſmigrationis (Hegiræ) Mahometis 991, diem 27 Silchidze, id eſt Dulhajati. Quæritur in quem diem cujus anni Iuliani is competat.

Anni 900	*Arabici dant dies*	318930
90	*Arabici dant dies*	31893
Completus Dulkadati dat dies		325
Dies Dulhajati currens		27
Additio perpetua		561
	Fit Summa	351736
Anni 800	*Iuliani habent*	292200
	Reſtant	59536
Anni 160	*Iuliani habent*	58440
	Reſtant	1096
Anni 3	*Iuliani habent*	1095
Add. perp. 620	*Reſtant*	1

Fiunt